



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

V.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

## V.

**D**IVA ADELHEIDIS MEGENGOZI & GERBERGÆ *Illustrium Comitum Filia, Vilica adfluvium Sigam eximie colitur, quæ ibidem magisterium, in devotas Deo Virgines exercuit, Matremque Religiosæ familiæ egit. quod Officium tanto virtutis, charitatisque ardore implevit: ut non harum modò, sed pauperum omnium Mater audiret, quibus tectum, victum nunquam non præbuit, pedes etiam eorum lavans, & ulcera velut gemmas tractare solita: unde tantam sibi in Cælo terraque gloriam conciliavit, vt vel ipsa tacente, sanctitatem eius virtutes & miracula loquerentur. Ex Appar. Gelen. & P. Canis. Martyr.*

## VIII.

**W**ERTHINIA nobilis MARCHIÆ & MONTIBVS interiecta *Abbatia, sub hoc tempus B. TIGRIMI Episcopi Halberstadiensis Ossa è tenebris in lucem, gloriosâ pompâ transtulit. Qui, dū viveret, alios verbis, doctrina alios, alios miraculis, beneficâ alios manu, vitæ exemplo omnes, ad CHRISTVM, eiusque cultum traxit. Et ex his ipsis, Dei unius quærens gloriam*  
apud .